

The Digital *Compendium moralium notabilium* Project
(<https://compendium-project.wlu.ca>)

71 quotations attributed to Auctor libelli qui dicitur pamphilus in the *Compendium moralium notabilium* (from *Epytoma sapientie*, Venice, 1505)

Pars 1, Liber 3, Rubrica 11: De possibilitate et impossibilitate (fol.22ra):

Auctor libro qui dicitur pamphilus capitulo 28. **Mitte quod nequit: quere quod esse potest.**

Hoc tibi quod dico sapientius accipe verbum: / Mitte quod esse nequit, quere quod esse potest.

Anonymus, *Pamphilus*, 2.3 (A. Baudouin ed., 1874, p.153, ll.449-450).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 17: De iuuenum moralitate et naturalitate (fol.23va):

Auctor libelli qui dicitur pamphilus capitulo 3. **Gaudia semper amat et ludrica verba
iuuentus.**

Gaudia semper amat et ludicra leta iuuentus / Et iuuenum mentes hoc in amore ligat.

Anonymus, *Pamphilus*, 1.2 (A. Baudouin ed., 1874, p.136, ll.101-102).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 2: De bonitate et prauitate (fol.26rb):

Auctor libelli qui dicitur pamphilus capitulo 22. **Semper iniquorum scelus impedit acta bonorum.**

Semper iniquorum scelus impedit acta bonorum, / Penas sepe luit quas homo non meruit;
/ Quamvis sim pauper, non sic michi premia quero, / Nam michi sufficiens est mea
pauperies.

Anonymus, *Pamphilus*, 2.2 (A. Baudouin ed., 1874, p.150, ll.385-388).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 1: De veritate et falsitate et mendacio (fol.31rb):

Auctor libelli qui dicitur pamphilus capitulo 3. **Crede quod interdum multis mendacia prosunt. / Et quandoque nocet omnia vera loqui.**

Crede quod interdum multis mendacia prosunt, / Et quandoque nocet omnia verba loqui.

Anonymus, *Pamphilus*, 1.2 (A. Baudouin ed., 1874, p.136, ll.123-124).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 2: De fide seu fidelitate et infidelitate seu perfidia (fol.32ra):

Auctor libelli qui dicitur pamphilus capitulo 40. **Est mens nostra suis contraria sepe loquelis. /
Nec factis sequimur omnia que loquimur.**

Est mens nostra suis contraria sepe loquelis, / Nec factis sequimur omnia que loquimur.

Anonymus, *Pamphilus*, 2.3 (A. Baudouin ed., 1874, p.156, ll.525-526).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 7: De versutia dolo malo seu malitia fraude et deceptione (fol.34va):

Auctor libelli qui dicitur pamphilus capitulo 27. **Nam dolus insidias tendit vbique suas.**

Nam Dolus insidias tendit ubique suas; / Sed tamen experiar que sit tua lingua fidesque, /
Et qua parte tuum me trahat ingenium.

Anonymus, *Pamphilus*, 2.2 (A. Baudouin ed., 1874, p.152, ll.430-432).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 12: De clandestinatione et patulitate (fol.36ra):

Auctor libelli qui dicitur pamphilus capitulo 43. **Sepe malum plaga parit inconfessa necemque.**

Et licet ipsa taces, te quoque flamma gravat; / Plaga malum sepe parit inconfessa,
necemque; / Vos quoque tectus amor sepe gravare solet.

Anonymus, *Pamphilus*, 3.1 (A. Baudouin ed., 1874, p.160, ll.568-570).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 1: De amore et dilectione (fol.36vb):

Auctor libelli qui dicitur pamphilus capitulo 3. **Excitat et nutrit facundia dulcis amor.**¹

Capitulo 13. **Usu crescit amor omnis: decrescit et vsu. / Omnis et impastus: attenuatur amor.**²

1. Nec nimium taceas, nec verba superflua dicas, / Despicit ex minimo sepe puella virum; / Excitat et nutrit facundia dulcis amorem / Et multos animes mitigat ipsa feros.

Anonymus, *Pamphilus*, 1.2 (A. Baudouin ed., 1874, p.136, ll.105-108).

2. Usu crescit amor, pariter decrescit et usu / Omnis et impastus attenuatur amor.

Anonymus, *Pamphilus*, 1.5 (A. Baudouin ed., 1874, p.142, ll.259-260).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 4: De parentibus et liberis (fol.38rb):

Auctor libelii qui dicitur pamphilus capitulo 19. **Sepe solet similis filius esse pater.**

Demonstrat signis prolem natura frequenter, / Sepe solet similis filius esse patri.

Anonymus, *Pamphilus*, 2.2 (A. Baudouin ed., 1874, p.148, ll.351-352).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 6: De vicinis propinquitatem et longinquitatem (fol.38rb):

Auctor libelli qui dicitur pamphilus capitulo 2. **Nam solet amato plus ledere proximus ignis.**

Nam solet amato plus ledere proximus ignis:

Anonymus, *Pamphilus*, 1.2 (A. Baudouin ed., 1874, p.133, l.37).

Pars 2, Liber 4, Rubrica 2: De inuidia: zelo et nemessatione (fol.43vb):

Auctor libelli qui dicitur pamphilus capitulo 25. **Omnia non cessat carpere liuor edax.**

Sepius immeritas incusat fama puellas, / Omnia non cessat carpere liuor edax.

Anonymus, *Pamphilus*, 2.2 (A. Baudouin ed., 1874, p.151, ll.417-418).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 6: De vtilitate oblationis munerum et beneficiorum (fol.49vb):

Auctor libelli qui dicitur pamphilus capitulo 15. **Si datur ad tempus: dat et aufert commoda munus. / Iusque legesque suo destruit ingenio.**

Si datur ad tempus, dat et affert commoda munus, / Jus legesque suo destruit ingenio.

Anonymus, *Pamphilus*, 2.1 (A. Baudouin ed., 1874, p.146, ll.305-306).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 10: De mercede premio et retributione (fol.52ra):

Auctor libelli qui dicitur pamphilus capitulo 43. **Cum mercede labor gratior esse solet.**

Cum mercede labor gratior esse solet.

Anonymus, *Pamphilus*, 3.1 (A. Baudouin ed., 1874, p.160, l.562).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 17: De iudiciali mundicia (fol.59vb):

Auctor libelli qui dicitur pamphilus capitulo 22. **Penas sepe luit quas homo non meruit.**

Semper iniquorum scelus impedit acta bonorum, / Penas sepe luit quas homo non meruit;
/ Quamvis sim pauper, non sic michi premia quero, / Nam michi sufficiens est mea
pauperies.

Anonymus, *Pamphilus*, 2.2 (A. Baudouin ed., 1874, p.150, ll.385-388).

Pars 3, Liber 1, Rubrica 8: De dubio (fol.62vb):

Auctor libelli qui dicitur pamphilus capitulo 3. **Pellitur huc animus hominum: depellitur illuc. Sepe labore breui dum manet in dubio.**

Pellitur hinc animus hominum vel pellitur illinc / Sepe labore breui, dum manet in dubio.

Anonymus, *Pamphilus*, 1.2 (A. Baudouin ed., 1874, p.137, ll.133-134).

Pars 3, Liber 1, Rubrica 10: De coniectura morum per aspectum et gestum (fol.62vb):

Auctor libelli qui dicitur pamphilus capitulo 37. **Uix celari potest intimus cordis amor.**¹

Capitulo 43. **Occultare nequit sua lumina maximus ignis. Occultare potest nec sua vota venus.**²

1. Vix celare potest intima cordis amor.

Anonymus, *Pamphilus*, 2.3 (A. Baudouin ed., 1874, p.155, l.506).

2. Occultare nequit sua lumina maximus ignis, / Occultare nequit nec sua vota Venus.

Anonymus, *Pamphilus*, 3.1 (A. Baudouin ed., 1874, p.159, ll.549-550).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 4: De consilio (n.p. fol.3rb):

Auctor libelli qui dicitur pamphilus. Conuenit ad nostros modus et prudentia casus. / Quodque sequi deceat querere consilium.

Conuenit ad nostros modus et prudentia fletus, / Quodque sequi deceat querere consilium,
/ Mordet enim graviter discordia pectus amantum / Et movet in bellis vulnera seva suis.

Anonymus, *Pamphilus*, 3.6 (A. Baudouin ed., 1874, p.170, ll.773-776).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 7: De principii qualitate: et principio considerandis (n.p. fol.4rb):

Auctor libelli qui dicitur pamphilus capitulo 3. **Incipe spe: melius dedit et dabit omnia tempus.**
/ Inceptumque viis mille patebit opus.¹ Capitulo 20. **Res tamen interdum grandia parua**
mouet. / Ex minima magnis scintilla nascitur ignis. / Et generat paruum grandia
principium.²

1. Incipe: spe melius dedit et dabit omnia tempus, / Nec timor ullus erit in quibus esse times.
/ Non tibi plus dicam; vinces studiosus amicam / Inceptumque viis mille patebit opus.

Anonymus, *Pamphilus*, 1.2 (A. Baudouin ed., 1874, p.137, ll.139-142).

2. Res tamen interdum gaudia parua movet: / Ex minima magnus scintilla nascitur ignis, / Et
generat paruum grandia principium.

Anonymus, *Pamphilus*, 2.2 (A. Baudouin ed., 1874, p.149, ll.370-372).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 8: De finis consideratione (n.p. fol.5ra):

Auctor libelli qui dicitur pamphilus capitulo 18. **Principium finemque simul prudentia spectat. / Rerum finis habet crimen et omne decus. / Ubi principium: finem quoque conspice verbi. / Ut melius possis: premeditata loqui.**

Principium finemque simul prudentia spectat; / Rerum finis habet crimen et omne decus. / Verbi principium, finem quoque conspice verbi, / Ut possis melius premeditata loqui.

Anonymus, *Pamphilus*, 2.1 (A. Baudouin ed., 1874, p.147, ll.335-338).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 9: De perfectione operis (n.p. fol.5rb):

Auctor libelli qui dicitur pamphilus capitulo 35. **Et sua non semper sequitur primordii affinis.**
/ Inceptum casus sepe retardat opus.

Sed sua non semper sequitur primordia finis; / Inceptum casus sepe retardat opus.

Anonymus, *Pamphilus*, 2.3 (A. Baudouin ed., 1874, p.155, ll.497-498).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 10: De cause et effectus consideratione et occasione (n.p. fol.5va):

Auctor libelli qui dicitur pamphilus capitulo 13. **Cum pusilla nocet: sapiens nocentia vitat.**¹
Capitulo 19. **Arbore de dulci dulcia poma cadunt.**² Capitulo 60. **Fructibus ipsa suis: que sit cognoscitur arbor.**³

1. Causa pusilla nocet, sapiensque nocentia vitat, / Ergo nos aliam convenit ire viam.

Anonymus, *Pamphilus*, 1.5 (A. Baudouin ed., 1874, p.143, ll.279-280).

2. Est nimis ille probus, bona nam fuit ejus origo, / Arbore de dulci dulcia poma cadunt.

Anonymus, *Pamphilus*, 2.2 (A. Baudouin ed., 1874, p.148, ll.349-350).

3. Fructibus ipsa suis que sit cognoscitur arbor: / Tu quoque nunc factis nosceris ipsa tuis.

Anonymus, *Pamphilus*, 3.6 (A. Baudouin ed., 1874, p.168, ll.731-732).

Pars 3, Liber 4, Rubrica 1: De vtilitate seu proficuo (fol.71va):

Auctor libelli qui dicitur pamphylus capitulo 83. **Quis non mentis inops sua semina mandat arene. / Cum mercede labor gratior esse solet.**

Quis nisi mentis inops sua semina mandat arene? / Cum mercede labor gratior esse solet.

Anonymus, *Pamphilus*, 3.1 (A. Baudouin ed., 1874, p.160, ll.561-562).

Pars 3, Liber 4, Rubrica 5: De artibus et artificiiis (fol.72rb):

Auctor libelli qui dicitur pamphylus capitulo i. **Nam solet ars dominum sepe iuuare suum.**¹

Capitulo 3. **Ars animos frangit: et firmas diruit vrbes / Arte cadunt turres arte leuatur onus. / Et piscis liquidis deprehenditur arte sub vndis. / Et pedibus siccis per mare currit homo. / Rebus et in multis ars adiuuat officium. / Pauper sepe suo pascitur officio. / Quod donare sibi minime potuere parentes / Hoc exercenti dabit officium.**² / **Exiguo pulchram: ducit solertia vitam.**³ Capitulo 30. **Ars hominis magnum superat studiosa periculum.**⁴ Capitulo 36. **Arsque vigil magnas sepe ministrat opes.**⁵

1. Sed quia multa iuvant, opus est inquirere multa: / Nam solet ars dominum sepe iuvare suum.

Anonymus, *Pamphilus*, 1.1 (A. Baudouin ed., 1874, p.132, ll.11-12).

2. Ars animos frangit et fortes obruit urbes; / Arte cadunt turres; arte levatur onus; / Et piscis liquidis deprehenditur arte sub undis; / Et pedibus siccis per mare currit homo. / Rebus et in multis ars adiuuat officiumque: / Pauper sepe suo pascitur officio; / Officio justa sedatur principis ira, / Servat et illesum corpus opesque reus; / Et gaudet locuples qui flere solebat egenus; / Et modo fertur eques qui solet ire pedes. / Quod donare sibi minime potuere parentes / Hoc exercenti jam dabit officium.

Anonymus, *Pamphilus*, 1.2 (A. Baudouin ed., 1874, p.135, ll.83-94).

3. Hoc nimium caveas, si sit tibi parva supellex: / Nesciat esse tuum pauperiemque tuam; / Exiguo pulchram ducit solertia vitam, / Jucundoque suas ore tegit lachrymas.

Anonymus, *Pamphilus*, 1.2 (A. Baudouin ed., 1874, p.136, ll.115-118).

4. Ars hominis magnum vitat studiosa periculum, / Et labor arsque vigil forte iuvabit adhuc.

Anonymus, *Pamphilus*, 2.3 (A. Baudouin ed., 1874, p.153, ll.469-470).

5. Desperare nocet, votum labor improbus implet, / Arsque vigil magnas sepe ministrat opes.

Anonymus, *Pamphilus*, 2.3 (A. Baudouin ed., 1874, p.155, ll.501-502).

Pars 3, Liber 4, Rubrica 6: De exercitio et vsu exercitii (fol.72va):

Auctor libelli qui dicitur pamphylus capitulo 9. **Cunctorum rerum prudentia discitur vsu. Usus et ars docuit que sapit omnis homo.**¹ Capitulo 13. **Usu crescit amor omnis: decrescit et vsu.**²

1. Cunctorum rerum prudentia discitur usu: / Usus et ars docuit quod sapit omnis homo.

Anonymus, *Pamphilus*, 1.4 (A. Baudouin ed., 1874, p.140, ll.207-208).

2. Usu crescit amor, pariter decrescit et usu, / Omnis et impastus attenuatur amor.

Anonymus, *Pamphilus*, 1.5 (A. Baudouin ed., 1874, p.142, ll.259-260).

Pars 3, Liber 4, Rubrica 7: De cura et intentione animi et negligentia (fol.73ra):

Auctor libelli qui dicitur pamphylus capitulo 3. **Labor improbus omnia vincit.**¹ Capitulo 36. **Uotum labor improbus implet.**² Capitulo 30. **Improbus interdum dubios labor expedit actus / Magnaque tollit iners commoda segnities.**³

1. Labor improbus omnia vincit.

Anonymus, *Pamphilus*, 1.2 (A. Baudouin ed., 1874, p.134, l.71).

2. Desperare nocet, votum labor improbus implet, / Arsque vigil magnas sepe ministrat opes.

Anonymus, *Pamphilus*, 2.3 (A. Baudouin ed., 1874, p.155, ll.501-502).

3. Improbus interdum dubios labor impedit actus; / Maxima tollit iners commoda segnicies.

Anonymus, *Pamphilus*, 2.3 (A. Baudouin ed., 1874, p.156, ll.519-520).

Pars 3, Liber 4, Rubrica 8: De labore oportuno et torpore seu mollitie (fol.74rb):

Auctor libelli qui dicitur pamphylus capitulo tertio. Labor improbus omnia vincit. Capitulo 13.

Prouidet et tribuit deus et labor omnia nobis. Proficit absque deo nullus in orbe labor.¹

Capitulo 39. **Improbus interdum dubios labor expedit actus. Magnaque tollit iners commoda segnitie.**²

1. Providet et tribuit Deus et labor omnia nobis, / Proficit absque Deo nullus in orbe labor.

Anonymus, *Pamphilus*, 1.5 (A. Baudouin ed., 1874, p.143, ll.271-272).

2. Improbus interdum dubios labor impedit actus; / Maxima tollit iners commoda segnitie.

Anonymus, *Pamphilus*, 2.3 (A. Baudouin ed., 1874, p.156, ll.519-520).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 2: De temperantia locutionis et oportuno sermone (fol.75rb):

Auctor libelli qui dicitur pamphylus capitulo 3. **Nec nimium taceas: nec verba superflua dicas.**

Nec nimium taceas, nec verba superflua dicas, / Despicit ex minimo sepe puella virum; /
Excitat et nutrit facundia dulcis amorem / Et multos animos mitigat ipsa feros.

Anonymus, *Pamphilus*, 1.2 (A. Baudouin ed., 1874, p.136, ll.105-108).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 5: De enunciatione indicatione affirmatione approbatione et reprobatione (fol.76rb):

Auctor libelli qui dicitur pamphylus capitulo 18. **Uerbi principium finem quoque conspice verbi / Ut melius possis premeditata loqui.**

Verbi principium, finem quoque conspice verbi, / Ut possis melius premeditata loqui.

Anonymus, *Pamphilus*, 2.1 (A. Baudouin ed., 1874, p.147, ll.337-338).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 1: De diuitiarum proficuo et nocumento paupertatis (fol.90ra):

Auctor libelli qui dicitur pamphylus capitulo 2. **Dummodo sit diues cuiusdam nata bubulci / Eligit ex mille quemlibet illa virum.**

Dum modo sit dives cuiusdam nata bubulci, / Eliget ex mille quem volet illa virum.

Anonymus, *Pamphilus*, 1.2 (A. Baudouin ed., 1874, p.134, ll.53-54).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 2: De paupertatis proficuo et molestia ac illaudatione diuitiarum (fol.91ra):

Auctor libelli qui dicitur pamphylus capitulo 30. **Concipit ingentes animos inanis egestas. / Et facit artificem sepius hec hominem.**

Concipit ingentes animos immanis egestas / Et facit artificem sepius hec hominem.

Anonymus, *Pamphilus*, 2.3 (A. Baudouin ed., 1874, p.153, ll.467-468).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 14: De auaritia cupiditate pecunie (fol.95ra):

Auctor libelli qui dicitur pamphylus in fine in epilogo. **Dum bibit hydropicus magis et sitit et cupit vndam. Sic magis exardet semper auaritia.**

[Fons nondum repertus]

Pars 4, Liber 3, Rubrica 14: De fama seu estimatione laudabilis et infamia (fol.102ra):

Auctor libelli qui dicitur pamphylus capitulo 18. **E minimo crescit: sed non cito fama quiescit.**
/ Quamuis mentitur crescit eundo tamen.

Ex minimo crescit, sed non cito fama quiescit; / Quamvis mentitur, crescit eundo tamen.

Anonymus, *Pamphilus*, 2.1 (A. Baudouin ed., 1874, p.145, ll.293-294).

Pars 4, Liber 4, Rubrica 5: De gaudio petulantia et letitia (fol.105va-vb):

Auctor libelli qui dicitur pamphylus capitulo 3. **Gaudia semper amat et ludicra verba iuuentus. / Est cum letitia pulchrior omnis homo.**¹ Capitulo 31. **Estque serena dies post longos gratior imbres. / Est post triste malum gratior alta quies.**²

1. Gaudia semper amat et ludicra leta iuuentus / Et juvenum mentes hoc in amore ligat. / Letum semper ei te letis vultibus offer: / Est cum leticia pulchrior omnis homo.

Anonymus, *Pamphilus*, 1.2 (A. Baudouin ed., 1874, p.136, ll.101-104).

2. Estque serena dies post longos gratior imbres, / Et post triste malum gratior ipsa salus.

Anonymus, *Pamphilus*, 2.3 (A. Baudouin ed., 1874, p.154, ll.481-482).

Pars 4, Liber 4, Rubrica 18: De mundana pulchritudine et ornatu humani corporis (fol.110ra):

Auctor libelli qui dicitur pamphylus capitulo 2. **Concipit ingentes animos fiducia forme. / Inque modum domina non sinit esse suam.**¹ Capitulo 3. **Est cum letitia pulchrior omnis homo.**²

1. Illius in forma nostros tremor occupat artus, / Et magis hec votum dicere causa vetat: / Concipit ingentes animos fiducia forme / Inque modo dominam non sinit esse suam.

Anonymus, *Pamphilus*, 1.2 (A. Baudouin ed., 1874, p.134, ll.55-58).

2. Letum semper ei te letis vultibus offer: Est cum leticia pulchrior omnis homo.

Anonymus, *Pamphilus*, 1.2 (A. Baudouin ed., 1874, p.136, ll.103-104).

Pars 4, Liber 5, Rubrica 2: De eligibilibus personis amandis amore venereo (fol.111ra):

Auctor libelli qui dicitur pamphylus capitulo 3. **Gaudia semper amat: et ludicra verba iuuentus.** / Et iuuenum mentes hoc in amore trahunt / Si locus est illi iocundis viribus iuxta. / Quod vix sperasti iam dabit ipsa tibi. / Non sinit interdum pudor illi promere vocum / Sed quod habere cupit hoc magis ipsa vetat. / Pulchrius esse putat vi perdere virginitatem. / Quam dicat de me fac modo velle tuum. / Et famulos famulasque domus sibi sepe loqui. / Allice colloquiis: muneribusque tuis. / Ut semper referant de te bona verba vicissim / Et pascant dominam laudibus vsquam tuis. / Dum dubias dubio mentes in corpore verset. / An faciat: an non: nescia velle tuum. / Tunc illam multo temptamine sepe fatiga. / Ut citius possis victor amore frui. / Pellitur huc animus hominum depellitur illuc. / Sepe labore breui dum manet in dubio: / Et placeat vobis interpretes semper vtrisque. / Qui caute referat hoc quod vterque cupit. / Emula nam iuuenum diiudicat acta senectus / Et simul hos prohibet litigiosa loqui. / Incipe sepe: melius dedit et dabit omnia tempus. / Non tibi plus dicam: vinces studiosus amicam / Inceptumque viis mille patebit opus.¹ Capitulo 23. Usu crescit amor omnis decrescit et vsus. / Omnis: et in pastus attenuatur amor.²

1. Gaudia semper amat et ludicra leta iuuentus / Et iuuenum mentes hoc in amore ligat. / Letum semper ei te letis vultibus offer: / Est cum leticia pulchrior omnis homo. / Nec nimium taceas, nec verba superflua dicas, / Despiciat ex minimo sepe puella virum; / Excitat et nutrit facundia dulcis amorem / Et multos animos mitigat ipsa feros. / Si locus est, illi iucundus viribus insta, / Quod vix sperasti, iam dabit ipsa tibi. / Non sinit interdum pudor illi promere votum, / Sed quod habere cupit, hoc magis ipsa negat: / Pulchrius est illi vi perdere virginitatem / Quam dicat: de me fac modo velle tuum. / Hoc nimium caveas, si sit tibi parva supellex: / Nesciat esse tuum pauperiemque tuam; / Exiguo pulchram ducit sollertia vitam, / Jucundoque suas ore tegit lachrymas. / Quod non es simulare potes dictisque habituque, / Maxima sors parvo contigit ingenio. / Plurima mundus habet sua que vicinia nescit, / De quibus acta sibi plura referre potes; / Crede quod interdum multis mendacia prosunt, / Et quandoque nocet omnia verba loqui. / Et famulos famulasque domus sibi sepe loquentes / Allice pollicitis muneribusque tuis, / Ut semper referant de te bona multa vicissim, / Et pascant dominam laudibus usque tuam. / Cum dubias dubio mentes in pectore versat, / An faciat vel non nescia velle tuum, / Tunc illam multo temptamine sepe fatiga, / Ut citius possis victor amore frui. / Pellitur hinc animus hominum vel pellitur illinc / Sepe labore brevi, dum manet in dubio. / Et placeat vobis interpretes inter utrumque / Qui caute referat hoc quod uterque ferat, / Emula nam iuuenum diiudicat acta Senectus / Et simul hos prohibet litigiosa loqui. / Incipe: spe melius dedit et dabit omnia tempus, / Nec timor ullus erit in quibus esse times. / Non tibi plus dicam; vinces studiosus amicam / Inceptumque viis mille patebit opus.

Anonymus, *Pamphilus*, 1.2 (A. Baudouin ed., 1874, pp.136-7, ll.101-142).

2. Usu crescit amor, pariter decrescit et usu, / Omnis et impastus attenuatur amor.

Anonymus, *Pamphilus*, 1.5 (A. Baudouin ed., 1874, p.142, ll.259-260).

Pars 4, Liber 5, Rubrica 3: De modis alliciendi alterius voluntatem ad se amandum amore: venereo: et de his que parant hominem libidini veneneree (fol.111vb):

Auctor libelli qui dicitur pamphylus capitulo 13. **Usu crescit amor omnis.**¹ Capitulo 15. **Per veneris morem cito virgo perdit honorem. / Igneus ille furor nescit habere modum. / Non leve pondus habent violenta cupidinis arma.**² / **Ex requie serpit pestis seuissima luxus. / Armiger et fame prodigus hostis amor.**³

1. Usu crescit amor, pariter decrescit et usu, / Omnis et impastus attenuatur amor.

Anonymus, *Pamphilus*, 1.5 (A. Baudouin ed., 1874, p.142, ll.259-260).

2. Per Veneris mores virgo cito perdit honores: / Igneus ille furor nescit habere modum; / Non leve pondus habent violenta Cupidinis arma, / His male seduci queque puella timet.

Anonymus, *Pamphilus*, 2.2 (A. Baudouin ed., 1874, p.151, ll.413-416).

3. Pullulat in flores natura labore ministro, / Virtutis requies continuata docet: / est anime cultura labor: caro nuda labore / fit sterilis, spinis obsita, messis inops; ex requie serpit pestis sevissima, luxus / armiger et fame prodigus hostis amor.

Matthaeus Vindocinensis, *Mathei Vindocinensis Opera* vol. 2 (F. Munari ed., 1977, p.198, ll.875-882).

Pars 4, Liber 5, Rubrica 5: De natura venerei amoris (fol.112rb):

Auctor libelli qui dicitur pamphylus capitulo 25. **Igneus ille furor nescit habere modum. / Non leue pondus habent violenta cupidinis arma.**¹ Capitulo 37. **Uix celare potest intima cordis amor.**² Capitulo 43. **Occultare nequit sua lumina maximus ignis / Occultare potest nec sua vota venus.**³ Capitulo 47. **Ingeniosus amor portas et claustra resoluit / Uincit quicquid obest ingeniosus amor.**⁴

1. Per Veneris mores virgo cito perdit honores: / Ingens ille furor nescit habere modum; / Non leue pondus habent violenta Cupidinis arma, / His male seduci queque puella timet.

Anonymus, *Pamphilus*, 2.2 (A. Baudouin ed., 1874, p.151, ll.413-416).

2. Vix celare potest intima cordis amor.

Anonymus, *Pamphilus*, 2.3 (A. Baudouin ed., 1874, p.155, l.506).

3. Occultare nequit sua lumina maximus ignis, / Occultare nequit nec sua vota Venus.

Anonymus, *Pamphilus*, 3.1 (A. Baudouin ed., 1874, p.159, ll.549-550).

4. Ingeniosus amor portas et claustra relaxat, / Vincit quicquid obest ingeniosus amor!

Anonymus, *Pamphilus*, 3.1 (A. Baudouin ed., 1874, p.161, ll.597-598).

Pars 4, Liber 5, Rubrica 10: De molestia et damno amoris venerei (fol.113va):

Auctor libelli qui dicitur pamphylus capitulo 50. **O deus in quantis animus versatur amantis. / Que timor hac illa pellit amorque grauis.**

O Deus! in quantis animus versatur amantis, / Quem timor hac illac pellit, amorque
gravis!

Anonymus, *Pamphilus*, 3.1 (A. Baudouin ed., 1874, p.162, ll.619-620).

Pars 4, Liber 5, Rubrica 11: De exclusiuis et adminiculatiuis amoris venerei et eius libidinis (fol.114rb):

Auctor libelli qui dicitur pamphylus. **Usu crescit amor omnis: decrescit et vsu / Omnis et impastus attenuatur amor.**

Usu crescit amor, pariter decrescit et usu, / Omnis et impastus attenuatur amor.

Anonymus, *Pamphilus*, 1.5 (A. Baudouin ed., 1874, p.142, ll.259-260).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 5: De spe et desperatione (fol.119vb-120ra):

Auctor libelli qui dicitur pamphylus capitulo i. **Spes reficit dominum: fallit et ipsa suum.**¹
Capitulo 13. **Obstitit interdum factis fortuna virorum / Propositumque suo non sinit esse loco.**² Capitulo 36. **Desperare nocet: votum labor improbus implet.**³ Capitulo 37. **Sorte sub ambigua spes et labor omnis habetur. / Crescit principio spes tamen ipsa bono.**⁴

1. Spes reficit dominum, fallit et ipsa suum.

Anonymus, *Pamphilus*, 1.1 (A. Baudouin ed., 1874, p.132, ll.16).

2. Obstitit interdum factis Fortuna virorum, / Propositumque suo non sinit esse loco; / Sic multis nocuit, multos tamen illa beavit; / Vivit in hoc mundo taliter omnis homo.

Anonymus, *Pamphilus*, 1.5 (A. Baudouin ed., 1874, pp.142-3, ll.267-270).

3. Desperare nocet, votum labor improbus implet, / Arsque vigil magnas sepe ministrat opes.

Anonymus, *Pamphilus*, 2.3 (A. Baudouin ed., 1874, p.155, ll.501-502).

4. Sorte sub ambigua spes et labor omnis habetur, / Crescit principio spes magis ipsa suo.

Anonymus, *Pamphilus*, 2.3 (A. Baudouin ed., 1874, p.155, ll.503-504).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 10: De timore (fol.124rb):

Auctor libelli qui dicitur pamphylus capitulo 34. **Accipitris volucer elapsus ab vngue feroci /
Anceps in cunctis hunc timet esse locis.**

Accipitris volucer elapsus ab ungue feroci, / Anceps, in cunctis hunc timet esse locis.

Anonymus, *Pamphilus*, 2.3 (A. Baudouin ed., 1874, p.155, ll.491-492).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 1: De aduersitate et prosperitate (fol.137rb):

Auctor libelli qui dicitur pamphylus capitulo 64. et finali. **Conuenit ad nostros modus et prudentia casus / Quodque sequi deceat querere consilium.**

Conuenit ad nostros modus et prudentia fletus, / Quodque sequi deceat querere consilium,
/ Mordet enim graviter discordia pectus amantum / Et movet in bellis vulnera seva suis.

Anonymus, *Pamphilus*, 3.6 (A. Baudouin ed., 1874, p.170, ll.773-776).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 2: De fortuitis ac fatalibus accidentibus aduersitatis vel prosperitatis (fol.138ra):

Auctor libelli qui dicitur pamphylus capitulo 13. **Obstitit interdum factis fortuna virorum. / Propositumque suo non sinit esse loco. / Sic nocuit multis: multos tamen illa beuit. / Uiuat in hoc mundo taliter omnis homo.**

Obstitit interdum factis Fortuna virorum, / Propositumque suo non sinit esse loco; / Sic multis nocuit, multos tamen illa beavit; / Vivit in hoc mundo taliter omnis homo.

Anonymus, *Pamphilus*, 1.5 (A. Baudouin ed., 1874, pp.142-3, ll.267-270).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 3: De mutabilitate et caducitate prosperitatis atque aduersitatis ex inopinatis casibus fortuitis aut fatalibus (fol.139ra):

Auctor libelli qui dicitur pamphylus capitulo 30. **Sepius exigua dolor ingens labitur hora.**

Sepius exigua dolor ingens labitur hora, / Ingens ex parvis imbribus aura cadit; / Estque serena dies post longos gratior imbres, / Et post triste malum gratior ipsa salus.

Anonymus, *Pamphilus*, 2.3 (A. Baudouin ed., 1874, p.154, ll.479-482).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 6: De tristitia et merore (fol.140vb):

Auctor libelli qui dicitur pamphylus capitulo 30. **Sepius exigua dolor ingens labitur hora.**¹
Capitulo 64. et finali. **Ut grauitur doleat non pertinet ad sapientem / Cum dolor ad
dominium premia nulla refert. / Hoc moderanter habet reparari qui nequit arte.**²

1. Sepius exigua dolor ingens labitur hora, / Ingens ex parvis imbribus aura cadit; / Estque serena dies post longos gratior imbres, / Et post triste malum gratior ipsa salus.

Anonymus, *Pamphilus*, 2.3 (A. Baudouin ed., 1874, p.154, ll.479-482).

2. Ut graviter doleat non pertinet ad sapientem, / Cum dolor ad dominum premia nulla refert. / Hoc moderanter age reparari quod nequit arte, / Quod male persuasit immoderatus amor.

Anonymus, *Pamphilus*, 3.6 (A. Baudouin ed., 1874, pp.169-70, ll.769-772).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 7: De fletu et lamentatione (fol.141rb-va):

Auctor libelli qui dicitur pamphylus capitulo 20. **Stulte quid insanis: cum te dolor vrget inanis.**
/ Acquirit gemitus premia nulla tuus. / Temperet ergo tuum modus et prudentia fletum. /
Terge tuas lachrymas prospice quid facias.

Stulte, quid insanis! cur te dolor urget inanis? / Acquirit gemitus premia nulla tuus! /
Temperet ergo tuum modus et prudentia fletum; / Terge tuas lachrymas, prospice quid
facias.

Anonymus, *Pamphilus*, 2.3 (A. Baudouin ed., 1874, p.153, ll.463-466).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 8: De miseria et miseris (fol.141vb):

Auctor libelli qui dicitur pamphylus capitulo 18. **Parua nocent miseris: miseros mala multa sequuntur. / Spesque laborque suos remanent in dubio.**

Parva nocent miseris, miseros mala multa sequuntur; / Resque laborque meus spe manet in dubia.

Anonymus, *Pamphilus*, 2.1 (A. Baudouin ed., 1874, p.147, ll.295-296).